

España. Real Audiencia de Barcelona

Nos Philippus Dei gratia Rex Castellae, Aragonum &c. Comes Barcinone ... : quod nos Franciscu de Orosco & Ribera ... Visa in primis supplicatione oblata secunda Octobris millesimo sexcentesimo quincuagesimo quinto per Hieronymum Gregori Syndicum Confratriae botigeriorum Merceriorum Barchinonae ...

[Barcelona? : s.n., 1627].

Vol. encuadernado con 26 obras

Signatura: FEV-AV-M-04356 (13)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente



NOS PHILIPPVS DEI
gratia Rex Castellæ, Aragonum, &c.
Comes Barcinone.



IESU CHRISTI eiusque gloriosissimæ
 Virginis Mariæ Matris nominibus humiliter
 invocatis pateat vniuersis: Quod Nos Franciscus de Orofco, & Ribera, Marchio de Olias,
 Mortara, & Sarreal, Cubicularius suæ Maie-
 statis, Commendator de la Oliua Ordinis San-
 cti Iacobi de Spata Vlen. à Concilio Supre-
 mo Belli domini nostri Regis eiusque Locum-
 tenens, & Capitaneus Generalis in præsent
 Principatu Cathalonix, & Comitibus Rossilionis, & Ceritanix:
 In causa, seu quæstione, quæ in Regia ducta existit Audientia sub
 examine Magnifici, & dilecti Conciliarij Regij Ioannis Baptistæ Pa-
 stor V. I. & dictæ R. A. Doct. inter partes subscriptas nostram, imò
 Regiam tullimus sententiam, seu declarationem sub forma sequenti:
 Iesu Christi eiusque gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ nomini-
 bus humiliter invocatis: Excellentissimus dominus Locumtenens
 Generalis, &c. Visa in primis supplicatione oblata secunda Octobris
 millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto per Hieronymum
 Gregori Syndicum Confratriæ botigeriorum Merceriorum Barchi-
 nonæ qua deducit: Quod cum prouisione Regia facta decima quarta
 Iulij millesimo sexcentesimo trigesimo quarto per Magnificum Ga-
 brielem Berart tunc R. A. D. in causa quæ ducebatur inter Syndi-
 cum Merceriorum botigeriorum telarum, contra Ioannem Lafont,
 & Ioannem Delbosch fuisse declaratum Syndicum, & Procere Con-
 fratriæ Merceriorum botigeriorum telarum mantinendos, & con-
 seruandos fore, & esse in possessione, seu quasi in qua existebant
 ante, & post litem, & ea durante prohibendi, & pignorandi dictos
 Delbosch, & Lafont, & alias quascunque personas in arte mercerio-
 rum non examinatum tenendo botigias, & merces ad dictam ar-
 tem tangentes vendendo illas minutatim in præsent Ciuitate Bar-
 chino-

A

chino-

Fol. III.
fol. 11

Nov. 1634.



chinone publicè, vt in dicta prouisione continetur: De qua fuit prouisum decretum exequutionis vigesima prima Aprilis millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, cumque dicta prouisionis Regiæ comprehendant non solum dictos Lafont, & Delbosch verum etiam quoscunque alios facientes dictum exercitium contra ordinationes Merceriorum botigeriorum telarum tamen Franciscus Fornes tiraterius, & Syndicus Confratriæ Iulianorum præsentis Ciuitatis prætendunt in præiudicium dictarum Regiarum prouisionum habere operatoria publica in præsentis Ciuitate vendendo in eisdem mercibus contra Cimeterium Sanctæ Mariæ præsentis Ciuitatis propter quod dictus Fornes fuit pignoratus per Proceres dictæ Confratriæ, ex quo pignoramto orta fuit causa recursus coram magnificis Cõsiliarijs præsentis Ciuitatis Barcinone, vt constat ex translato exhibitio cumque præsens causa sit vniuersalis, & comprehendat omnes contrafactiones dictis ordinationibus, & priuilegijs dictæ Confratriæ Merceriorum botigeriorum telarum concessis dictamque causam vniuersalem extinguere, & attrahere ad se dictam causam coram dictis magnificis Cõsiliarijs vertentem tanquam annexam, & connexam cum causa prædicta in R. A. vertenti, ideò supplicat dictam causam tanquam dependentem dictæ vniuersalis, & generalis ad R. A. auocare, & committi alicui magnifico Regio Senatori propter obitum dicti magnifici Gabrielis Berart, qui de cartellis citatorijs, & inhibitorijs prouideat, & iustitiam ministret: Visa euocatione de præsentis causa ad R. A. & commissione de ea facta per obitum dicti magnifici Gabrielis Berart magnifico Petro Antonio Serra V. I. & R. A. nunc tertix Aulæ Doctori: Visis cartellis citatorijs, & inhibitorijs, cum illorum præsentationibus: Visa supplicatione oblata septima Octobris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto per Paulum Frigola guanterium Cinem Barcinone Syndicum Confratriæ Iulianorũ præsentis Ciuitatis Barcinone: Visa supplicatione oblata septima Octobris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto per Iosephum Payssa notarium publicum, & Subsindicum præsentis Ciuitatis Barcinone, quibus opponunt exceptionem dilatoriam litis ingressum, & progressum impediens supplicantes inhibitionem tolli, & iustitiam ministrari: Visa prouisione Regia vigesima quarta Aprilis millesimo sexcetesimo quinquagesimo sexto super his facta per dictum magnificum Petrũ Antoniũ Serra super dicta exceptione: Visa supplicatione oblata vndecima Maij millesimo sexcetesimo quinquagesimo sexto per dictũ Paulũ Frigola dicto nomine qua in effectu supplicat pignora capta ad instantiã Syndici, seu Procuratoris Marceriorum botigeriorum telarum, & Confratribus Confratriæ Iulianorum restituere eisdem attenda cautione prædicta præsentemque causam ad R. A. euocare, & committi eidem magnifico Relatori, qui de cartellis opportunis prouideret, & iustitiam ministraret: Visa euocationis præsentis

sentis causæ ad Regiam Audientiam, & commissione de eadem facta dicto magno Petro Antonio Serra: Visa supplicatione cum articulis oblata nona Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto per Franciscum Iouer Causidicum Ciuem Barchinone Syndicum Confratrię Merceriorum botigeriorum telarum, cum illorum adueratione: Visis instrumentis cum dictis articulis exhibitis in facie præsentis processus confutis: Visis testium dictis super dictis articulis ministratis in facie processus cõsutis: Visa potestate dicto Iouer attributa in processu incerta: Visis articulis oblati vigesima secunda Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto per dictum Frigola dicto nomine cum illorum adueratione: Visis testium dictis super dictis articulis ministratis in facie processus confutis: Visa potestate dicto Paulo Frigola attributa in processu incerta: Visa scedula oblata vigesima nona Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto per dictum Frigola dicto nomine: Visis certicatorijs cum dicta scedula oblati in processu cõsutis: Visa scedula oblata vndecima Ianuarij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per Franciscum Xiquit notarium Causidicum Ciuem Barchinone Syndicum Cõfratrię Merceriorum botigeriorum telarum: Visa potestate per Consul, & Confratres dictæ Confratrię dicto Francisco Xiquit attributa: Visa scedula oblata vigesima nona Ianuarij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per Iacobum Sahones minorem dierũ Procuratorem substitutum à dicto Francisco Xiquit vti Procuratorem dictæ Confratrię Merceriorum botigeriorum telarum: Visa potestate, seu substitutione dicto Iacobo Sahones per dictum Franciscum Xiquit attributa: Visa scedula oblata trigesima Ianuarij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per dictum Frigola dicto nomine: Visa scedula oblata decima quinta Februarij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per dictum Frigola dicto nomine qua petit processum denunciari: Visa prouisione denũciationis processus vigesima quinta Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo inter causas maiores facta per dictum magnificũ Petrum Antoniũ Serra Regium Consiliariũ, & tunc præsentis causæ Relatorẽ: Visa scedula oblata trigesima Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per dictum Frigola dicto nomine, qua petit ad sententiam diem certam cum sequentium continuatione assignari: Visa assignatione ad sententiam ad diem quartam Iunij tunc proximẽ venturam cum sequentium continuatione facta ad quam iterum cum præsentia ad diem, & horam præsentis ad cautelam assignat: Visa supplicatione oblata vigesima nona Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per dictum Xiquit dicto nomine qua supplicat cõtrario imperio à dicta prouisione denũciationis processus: Visa scedula oblata sexta Iunij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per dictum Xiquit dicto nomine, qua inter alia renunciat causæ supplicationis

tionis contrarij imperij offerens soluere expensas : Visis instrumentis cum dicta scedula exhibitis , & in facie præsentis processus confutis : Visa scedula oblata septima Iunij millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per dictum Frigola dicto nomine qua iterum petit ad sententiam diem certam assignari cum sequentium continuatione : Visa assignatione ad sententiam dicto die ad diem Lunæ tunc proximum cum sequentium continuatione facta ad quam iterum cum præsentem ad diem, & horam præsentem ad cautelam assignat : Visa supplicatione oblata vigesima prima Augusti millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo per dictum Frigola dicto nomine, qua supplicat propter promotionem dicti magnifici Petri Antonij Serra ad tertiam Aulam durante vacatione eius loci præsentem causam committi alicui nobili, seu magnifico R. A. D. eiusdem Aulæ : Visa commissione de præsentem causa facta nobili Febricio Pons de Castellvi R. C. Visa supplicatione oblata nona Aprilis millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo per dictum Frigola dicto nomine, qua in effectum supplicat præsentem causam committi magnifico Iohanni Baptistæ Pastor R. A. D. succedenti in locum dicti magnifici Petri Antonij Serra reuocata prius commissione de eadem facta citra infamiae notam dicto nobili Don Febricio Pons de Castellvi : Visa dicta reuocatione, & commissione facta Conciliario Regio Iohanni Baptistæ Pastor Relatori infrascripto : Visis articulis cum supplicatione oblatis trigesima Aprilis millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo per dictum Frigola dicto nomine cum illorum adueratione : Visis instrumentis cum dictis articulis exhibitis in facie præsentis processus confutis : Visa scedula oblata vndecima Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo per dictum Frigola dicto nomine : Viso instrumento Baptismi cum dicta scedula exhibitio : Visis pluribus scedulis, & supplicationibus per partes respectiuè oblatis : Viso denique toto processu alijsque videndis : Visis meritis processus attentis, & alijs Sacrosanctis Dei quatuor Euangelijs coram positis, & illis vt decet reuerenter inspectis, vt à Dei vultu rectum, & iustum procedat iudicium sua Excellentia conclusionem in R. A. factam insequendo pronunciat, sententiat, & declarat in hunc modum. Attento constat Serenissimum Dominum Regem Ioannem in & cum suo priuilegio: Dat. Barchinone vigesima Decembris millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, de quo fidem facit Iacobus de Encontra notarius publicus Barchinone concessisse hominibus Confratriæ sancti Iuliani Merceriorum Ciuitatis Barchinone nemini licitum esse tenere apotecham vulgo *Botiga, taula, ò taulell*, dictæ artis mercerij quin prius per triennium praticauerint in Domo alicuius magistri, & in dicta arte fuerit examinatus similemque concessionem factam fuisse constat per Serenissimum Dominum Regem Philippum in & cum suo priuilegio, Dato Barchinone die prima Iulij

11011

3 A

mille-

millesimo quingentesimo nonagesimo nono; De quo fidem facit Ioannes Prene notarius publicus, & de Collegio notariorum Regiorum Barchinone, constat præterea per Consiliarios, & Consilium ordinarium Ciuitatis Barchinone die trigesima Nouembris millesimo sexcentesimo vigesimo sexto post separationem Confratriæ merceriorum, siue botigeriorum telarum ab alijs officijs dictæ Confratriæ Sancti Iuliani ordinationes editas fuisse pro gubernio, & administratione dictæ Confratriæ merceriorum in cap. vndecimo illarum prohiberi cuilibet personæ cuiuscunque gradus, & conditionis non examinatæ in arte merceria tenere apotecham telarum, & mercium vulgo *Mercerias* illosque clam, vel palam, seu publicæ intus Ciuitatis Barchinone eiusque suburbia minutatim vendere sub pœna decem librarum: Constat deinceps tam ex partium cõfessionibus, quam ex certificatoria facta per Antonium Santalò custodem Regium pignorum ad instantiam Procerum dictæ Confratriæ Merceriorum botigeriorum telarum Franciscum Fornes stigmatarium, siue tiraterium die decima tertia Martij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto pignorum fuisse, & ab alijs apotecha apprehensas fuisse quasdam merces in dicta certificatoria contentas videlicet digitalia vulgo *didals*, Rosaria ex partim concatenata, & partim incatenata cingula extra vulgo *vetas de filadis forasteras* strigmenta cercia Italię vulgo *tiretas de tafeta de Italia*, fila cerucla vulgo *fil blau*, & cingula cercia vulgo *tasatans*. Et tandem liquet per Syndicum Confratriæ Merceriorum botigeriorum telarum in hac causa petiitum fuisse declarari non licere dictis tiraterijs, & alijs artificibus dictæ Confratriæ Iulianorum, & sunt guanterij, corregerij, cinterij, nayperij, capellerij, sombrarerij, patinerij, ferreterij, & alijs sub dicta Confratria comprehen. & alijs quibuscunque personis non examinatis in dicto officio Merceriorum botigeriorum telarum tenere apotecham telarum, seu merces, & illos minutatim vendere clam, vel palam intus Ciuitatem Barchinone eiusque suburbia, nec non etiam pignoramta supradicta contra dictum Fornes facta ritè, & rectæ gesta declarari. Et licet per dictum Fornes, vt Syndicum dictæ Confratriæ Iulianorum prætendatur licitum esse dicto Fornes, & singulis Confratribus officiorum dictæ Confratriæ tenere apotechas, ibique vendere quaslibet merces, tum quia dicta officia sunt comprehensa sub nomine Merceriorum, & artifices dictæ Confratriæ Iulianorum sunt mercerij. Et vt tales constat ex binis certificatorijs factis per Iacobum Rondo notarium publicum Barchinone seruientem tunc officium Scribe maioris, & Secretarij Concilij, & Domus Ciuitatis Barchinone sub chalendario vigesimo quinto Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, infulari tam de Domo Ciuitatis, tum & etiam quia ex cap. septimo ordinationum conditarum per Consiliarios, & Consilium ordinarium Ciuitatis vigesima octaua Februa-

*Demanda
xlv Botig.*

Texatof

*Demanda
s Pretencio
xlv Iulianoy.*

rij millesimo sexcentesimo, decimo octavo (quo prohibetur quibus-
cunque personis non examinatis, seu licentiatis in officio merceriae
vendere minutatim telas, & merces intus praesentem Ciuitatem, &
illius suburbia) liquet exceptos fuisse naturales praesentis Principatus
Cathaloniae, & Comitatum Rossilionis, & Ceritaniae, qui pro se, &
suis proprijs expensis suoq; risco, & periculo, illas ab exteris Regnis
ad praesentem Principatum apportauerint, ac portare fecerint, cui
quidem ordinationi quo ad caput speciale non censi derogatum
per ordinationem vndecimam generalem anni millesimi sexcente-
simi vigesimi sexti praetendunt: Et quamuis merces apprehensas ab
operatorio dicti Fornes, pro quibus ad instantiam dicti Syndici Mer-
ceriorum fuit pignorus non constat a Regnis exteris pro dicto
Fornes, & suis sumptibus risco, & periculo, hasportatas fuisse tamen
cum ex testium depositionibus per dictum Fornes, vt Syndicum Iu-
lianorum ministrorum super articulis oblati vigesima secunda Maij
millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, constet tireterios a
quadraginta annis, & vltra esse in possessione vendedi cingula filea, &
ceriaca vulgo *tasatans y vetas*, & alias merces, per quam quidem pos-
sessionem dictos tireterios in bona fide constitutos esse praetenditur,
quam sufficientem esse aiunt, vt excusentur a pena, & consequenter
pignora apprehensa sibi restituenda esse contendunt, quia tamen ex
meritis processus, & signanter ex testium depositionibus ministra-
torum super articulis oblati per dictum Syndicum Merceriorum
botigeriorum telarum nona Maij millesimi sexcentesimi quinqu-
agesimi sexti, ex dicto priuilegio Serenissimi domini Regis Ioannis,
ex dicto priuilegio Serenissimi domini Regis Philippi, ex instrumen-
to transactionis inhiere, & firmatae inter Syndicum dictae Confratriae
Merceriorum botigeriorum telarum, & Syndicum dictae Confratriae
Iulianorum, die quinta Aprilis millesimi sexcentesimi vigesimi octa-
ui, de quo fidem facit Galcerandus Franciscus Calopa notarius pu-
blicus Barchinone Scriba maior Domus, & Concilij Ciuitatis Bar-
chinone, & ex supra dictis ordinationibus anni millesimi sexcentesi-
mi vigesimi sexti: Et alias liquet nomen, & officium Mercerij esse
proprium dictorum botigeriorum telarum, ipsosque, & nullos alios arti-
fices comprehensos esse sub dictis Regijs priuilegijs, & sub dicto ca-
pitulo vndecimo ordinationum anni millesimi sexcentesimi vigesi-
mi sexti, cum caeteri artifices qui ante separationem erant compre-
hensi sub dicta Confratria Merceriorum improprie, & abusuè tan-
tum mercerij nuncupabantur, & nuncupantur, & parum refert quod
inseculentur in bursa Merceriorum Domus Ciuitatis, quia illa est
communis omnibus officijs quae erant in dicta Confratria ante sepa-
rationem praedictam, & lato sumpto vocabulo omnes mercerij nun-
cupantur cum ex eisdem testibus liqueat Mercerios proprie esse il-
los qui merces non per se, sed per alios fabricatas vendunt in eadem
specie,

specie, & forma qua fuerunt emptæ quasi mercatores, istosque esse dictos botigerios, & non alios: Et quamuis dicta ordinatio septima anni millesimi sexcentefimi decimi octavi, non censeretur reuocata per dictum capitulum vndecimum ordinationum anni millesimi sexcentefimi vigesimi sexti. Attamen per dictam ordinationem septimam anni millesimi sexcentefimi decimi octavi, quatenus in ea disponitur licere naturalibus Principatus Cathalonix, & Comitatum Rossilionis, & Ceritanix intus Ciuitatem Barchinone, eiusque suburbia minutatim vendere merces pro se, & suis proprijs sumptibus suoque riscu, & periculo à Regnis exteris, ac portatas liquet non potuisse Ciuitatem derogare memoratis Regijs priuilegijs dictis Mercerijs botigerijs telarum concessis. Tum quia Ciuitas Barchinone licet in vim Regionum priuilegiorum, & signanter Serenissimi domini Regis Ferdinandi, Datt. Neapoli trigesimo Nouembris millesimo sexcentefimo sexto, posset reuocare ordinationes Confratriarum per ipsam Ciuitatem conditas, & Regio priuilegio confirmatas verum tamen est non posse Regia priuilegia ipsis Confratrijs concessa reuocare illarumque officium tollere, aut altari concedere, seu attribuere alioquin læderetur auctoritas suprema dictorum priuilegiorum, ex quibus erecta aucta, seu confirmata fuit dicta Confratria Merceriorum præsertim cum memoratum priuilegium Serenissimi domini Regis Ioannis concessum dictis Mercerijs anno millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, & sic antè priuilegio Serenissimi domini Regis Ferdinandi non possint absque causa reuocari. Et quamuis prætendatur potuisse Ciuitatem Barchinone in & cum dicto capitulo septimo ordinationum anni millesimi sexcentefimi decimi octavi, memorata Regia priuilegia dictis Mercerijs concessa abrogare, eo quia in hitio dictarum ordinationum dicitur ad petitionem dictorum Merceriorum conditas fuisse: Et sic tanquam consentientibus ipsis Mercerijs in quorum fauorem dicta Regia priuilegia fuerunt concessa rectè illa derogari potuisse. Attamen quia non constat dictas ordinationes anni millesimi sexcentefimi decimi octavi per dictos Mercerios specificè fuisse petitas, sed tantum genericè ordinationes per Ciuitatem condi, nec aliàs constat dictas ordinationes, & præcipuè septimam per dictos Mercerios acceptatas fuisse cum illa qualitate, seu exceptione quod possent naturales Principatus Cathalonix, qui per se, & suis expensis, suoque riscu, & periculo merces à Regnis exteris, as portauerint, as portareuè fecerint minutatim vendere, quod saltem requirebatur, vt dici posset per dictam ordinationem septimam sibi præiudicasse in dictis Regijs priuilegijs: Tum etiam quia ex supradiçtis, & ex pluribus examinum instrumentis exhibitis per dictum Syndicum Merceriorum, cum scedula oblata sexta Iunij millesimi sexcentefimi quinquagesimi septimi: Et aliàs Merceriorum officium esse distinctum, & separatum ab officio

2.

uelo
opii
Mercor
exa distinct
Salv demel.

officio tirateriorum, & aliorum officiorum dictae Confratriae Iulianorum suumque proprium fortiri examen distinctum ab examine aliorum artificum dictae Confratriae Iulianorum: Et sic consonum esse ne dictae Confratriae Iulianorum artifices se immisceant officio Merceriorum, sed suo tantum contententur aliis Reipublicae officia turbarentur, quod ius non patitur maximè in hac Ciuitate Barchinone, *an*

Cap. II. de la
Concordia.

quia varius Confratriae artifices nunquam se possunt intromittere in officio alterius, idque inter partes in initum fuisse constat in & cum capitulo vndecimo memoratae transactionis factae decima quinta Aprilis millesimi sexcentissimi vigesimi octavi, dum in eo conuentum esse liquet licitum fuisse, & esse Confratribus dictae Confratriae Iulianorum non examinatis in officio Merceriorum, qui tunc temporis reperiebantur in possessione vendendi quasdam merces videlicet sartagina vulgo *paellas*, calcaria vulgo *esparons*, filia ferrea, & similes ibi designatas quarum venditionem, licet spectare ibi dicatur ad dictos Merceros botigerios telarum, Attenta tamen dicta possessione illas vendere eorum vita tantum durate post illorum verò obitum nemini ex dictis artificibus illas vendere permitti, vnde patet in & cum dicta transactione inter partes pro certo suppositum fuisse mercium venditionem ad dictos Merceros botigerios telarum spectare priuatiuè ad alios quoscunque. Et attento etiam ex testium depositionibus ministratorum super dictis articulis per dictum Syndicum Merceriorum oblatis die nona Maij millesimi sexcentissimi quinquagesimi sexti: constat Procures dictae Confratriae Merceriorum botigeriorum telarum extitisse in possessione, seu quasi prohibendi, & pignorandi quascunque personas in dicto officio merceriae non examinatas merces minutatim vendentes, vnde liquet possessionem, seu quasi in qua pretendunt existere tiraterij vendendi cingula, ferriaca, & filea vulgo *tasatans*, *y vetas*, & alias merces, non esse pacificam, nec illas suffregari posse, vt excusentur à poena, & consequenter liquet de intentione dicti Syndici Merceriorum. His igitur, & alijs meritis processus attentis, & alias sua Excellentia insequendo conclusionem in Regia Audientia factam pronuntiat, sententiat, & declarat non licere tiraterijs, & alijs artificibus dictae Confratriae Iulianorum, nec alijs quibuscunque personis non examinatis in dicto officio Merceriorum botigeriorum telarum tenere apothecam vulgo *Botiga, taula, ò taulell* telarum, & mercium, nec alias minutatim vendere clam, seu publicè intus Ciuitatem Barchinone eiusque suburbia, imò mercium venditionem minutatim ad dictos Merceros botigerios telarum spectare priuatiuè ad alias quascunque personas etiam ad naturales Principatus Cathaloniae, & Comitatum Rossilionis, & Ceritaniae, quae pro se, & suis sumptibus suoque risco, & periculo asportauerint, seu asportare fecerint à Regnis exteris, & consequenter dicta pignora contra dictum facta quo

Cap. III. de la
Concordia.

Suposic. de la
Concordia.

Fol. 113.

J. Foxnes

origino

ad

ad dictas merces, nempe digitalia filea, corulea, & Rosaria incatenata ritè, ac rectè facta fuisse, quo verò ad alias res apprehensas in dicto pignoramto videlicet Rosaria concatenata, cingula, cerica, & filea vulgo *tasatans, y vetas de filadis*, strigmenta cerica Italiae vulgo *tiretas de tasata de Italia*. Attento ex testium depositionibus ministratorum super articulis oblati per dictum Fornes vigesima prima Aprilis millesimi sexcentissimi quinquagesimi quinti, in causa recursus per ipsum interposita à dictis pignoramtis coram Consiliarijs Ciuitatis, constat dicta Rosaria concatenata fuisse per dictum Fornes, & sic nomine mercium non comprehendi, cum non sint exposita venalia in eadem specie, & forma quæ empta fuerunt, constat etiam tiraterijs in suis hipotechis licitum esse tenere omnia materialia ad conficienda strigmenta, seu *tiretas*, & sic cingula, cerica, filea vulgo *tasatans, y vetas*, etiam non scisa vulgo *en pessa*, & alia similia dummodo non teneant illa palam, & publicæ, & ad vendendum exposita, sed solum ad effectum conficiendi strigmenta, & nullatenus constat dictum Fornes in sua apotecha tenuisse dicta cingula palam, & exposita venalia, & similiter liquet licitum esse tiraterijs habere strigmenta cuiuscunque speciei, & consequenter cerica Italiae per eos non confecta vulgo *tiretas capsadas de tasata de Italia*, palam, & publicè, & exposita venalia; & non constat dicta strigmenta apprehensa asportata fuisse iam operata ab Italia vulgo *capsadas*, & nomine mercium comprehendi valeant: His igitur, & alijs meritis processus attentis, & alias sua Excellentia insequendo eandem conclusionem in Regia Audientia factam sententiat, pronuntiat, & declarat pignoramto supra dictum quo ad dicta Rosaria concatenata cingula cerica, & filea vulgo *tasatans, y vetas*, & strigmenta vulgo *tiretas de tasata de Italia*, nullum esse, & consequenter prædictas res restituendas fore, & esse prout cum præsentibus restitui mandat dicto Francisco Fornes liberis ab expensis: Et quod à cætero Syndicus dictæ Confratriæ Merceriorum à similibus pignoramtis se abstineat prout cum præsentibus abstinere mandat: Hoc tamen intellecto, & declarato, quod dicti tiraterij non possint tenere dicta cingula vulgo *tasatans, y vetas*, & alia quæcunque materialia ad conficiendum strigmenta vulgo *tiretas* palam, & publicè, ita vt exposita videantur venalia, sed abscondita, seu clausa, & ad effectum tantum conficiendi strigmenta ex illis neutram partem in expensis condemnat, sed pro bis tractis solitam fieri executionem mandat, Vt. Pastor. Lata, & promulgata fuit huiusmodi sententia, seu declaratio per Nos, seu in nostri personam per nobilem Don Iosephum de Boxados, & Llull Regentem Regiam Cancellariam, & de nostro, seu ipsius mandato lecta, & publicata per Carolum Dellar Domicellum S. C. & R. Maiestatis mandati Scribam Barchinone domiciliatum in quadam Aula Domorum suæ solite residentie quam fouet

28 Junij.
1658

fouet in præfenti Ciuitate Barchinone in vico vulgo dicto *la Deua-
llada de Vila de Cols* die videlicet partibus ad audiendum dictam Re-
giam sententiam assignata intitulata vigesima octaua mensis Iunij an-
no à Natiuitate Domini millesimo sexcetesimo quinquagesimo octa-
uo, Regnorum autem Regiorum anno trigesimo octauo, præfente in-
stante, & dictam sententiam fieri promulgari petente, & humiliter
supplicante Francisco Xiquit Causidico nomine quo in processu, al-
tera verò parte absente præfentibus ibidem pro testibus Hyacintho
Vilaffis Regio Virgario, & Antonio Llach scriptore, & alijs in multi-
tudine copiosa. *Don Ioseph de Boxados Regens.*

**Sig^xnum D. Francisci de Orofco, & Ribera, Marchionis
de Olias, Mortara, & Çarreal, Cubicularius suæ Maie-
statis, Commendatoris de la Oliua, Ordinis, & Militiæ
Sancti Iacobi de Spata Vcclen. à Consilio Supremo
belli Domini nostri Regis, eiusdemque S. C. & Regiæ
Maiestatis Consiliarij Locumt. & Capitanei Generalis
in præfenti Principatu Cathalonix, & Comitatus
Rossilionis, & Ceritanix, qui hanc sententiam tulimus
eidemque sigillum nostrum, imò Regium in penden-
tissimum apponen.**

**Sig^xnum mei Antonij Reart Domicelli S. C. ac Regiæ Maiestatis
mandati Scribæ Regijque Archiuarij præfentis Cathalonix Prin-
cipatus, qui huiusmodi sententiam cuius prolationi interfuit Ca-
rolus Dellar Domicellus Regius mandati Scriba in hanc publi-
cam redigens formam scribi feci, & clausi.**

*Antonius Reart ex sententia in R. A.
lata, & fuit probata cum suis cheda.*

**In sententiarum locumt. quinto
fol. xj.**

Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

DE
10 0 11
D

es propiedad
de P. y B. Casellas
y Guoch

DE

I

OT O

M

D